

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Io. Francisci Leonis Eporediensis I. V. D. Episcopi  
Thelesini Thesaurus Fori Ecclesiastici**

**Leoni, Giovanni Francesco**

**Coloniae Agrippinae, 1682**

11 Causae Episcorum super depositione, aut privatione, à Papa sunt  
cognoscendae, & terminandae, quandoq[ue] tamen inferioribus  
committuntur.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-10316**

potest Princeps, quicunque in genere suo, & pro sua potestate, lex, & consuetudo, cap. 1. sum seq. dist. 1. Host. in sum. de offic. ord. n. 2. & Innoc. in cap. 3. num. 3. eod. tit. Episcopi enim jurisdictionem ordinariam habent de jure communi, & canone, ut per Innoc. in cod. cap. 3. nu. 4.

Ordinariorum autem † plura sunt genera, quae à Papa Ordinario Ordinariorum dependent, legem accipiunt, eique in omnibus parere, & ipsum in primatum recognoscere debent, cap. omnes, cap. sacra-facta, & c. Constantinopolitana, 22. dist.

† Papa enim est Ordinarius Ordinariorum, & totius orbis, cum totus mundus sit sibi territorium, cap. cuncta per mundum, cap. per principalem, 9. quest. 3. & Abb. in c. fin. nu. 45. de ser. comp. sunt enim Ordinarij alij seculares, de quibus per Doct. tot. tit. de jurisd. omnium jud. alij autem ecclesiastici, de quibus sum tractatus, & quibus Papa vices suis ita impartitur, ut in partem vocentur sollicitudinis, non in plenitudinem potestatis, cap. decreto, cap. qui se scit. 2. quest. 6. & c. loquitur, §. Episcopatus, 24. quest. 1.

Primum autem † ordinariorum locum tenent S. S. E. Cardinales, qui in suis titulis Cardinalatus habent ordinariam jurisdictionem, ut in c. his qua, de major. & obed. ibi Felyn. nu. 1.

Legati quoque † de latere eorum legatione durante, habent ordinariam jurisdictionem, gloss. in cap. legatos, in ver. proconsul, in fin & in ver. reputantes, de off. leg. in 6. & c. Abb. in cap. novit. num. 2. & c. fin. num. 3 eod. tit. quae hodie limitatur, ut non procedat, & habeat locum in cognitione causarum in locis, ubi Concilium Tridentinum est usu obedienter receptum, in qui-

bus nec Cardinales legati de latere habent ordinariam jurisdictionem. Conc. Trid. in c. cause omnes, § legati quoq; sess 24 secus ubi non est receptum. Non enim æquum est, quod qui decreta conc. Trid. acceptare recusant, illi hoc casu gaudeant, quod legati in eorum dominis in cognitione causarum non habeant ordinariam jurisdictionem ex juris communis dispositione, quia frustra auxilium legis implorat, qui in legem commitit. l. auxilium, in fin. & ibi Bart. num. 1. ff. de minor.

Secundum locum † in ordinaria iurisdictione obtinent Patriarchæ & Primates, qui, eis nomine differunt, idem tamen est officium, ut c. 1 ubi etiam gloss. 99. dist. in gloss. in c. unic. § fin. in verb. Patriarchus, de stat reg in 6. gloss. fin in cap. urbes, 80. dist. cap. 1 99 dist. cap. si clericus, § si verò, 11. quest. 1.

Patriarcha enim est † judex ordinarius omnium Archiepiscoporum suæ Provinciae, Abb. in cap. quid simul numer. 1. de officio ord. poteratque de crimine Episcopi cognoscere, & pronunciare ipsum esse depoñendum, & remittere pronunciationem ad Papam, ut per Felyn. in cap. 2. numer. 2. de accu. sed hodie causa Episcoporum, † quæ dispositione, aut privatione digna sunt, à Summo tantum Romano Pontifice cognoscuntur, & terminantur. Quod si hujusmodi cause necessario extra Romanam cutiam sint committendæ, nemini committi debent, nisi Metropolitano aut Episcopo à Papa eligendo, per commissiōnem specialemanu ipsius Papæ signatam, cum facultate, ut solam facti instrutionem sumat, processumque conficiat, quem statim ad Romanum Pontificem transmittat, reservata eidem Pape sententia

lia diffinitiva : minores verò criminales  
causæ Episcoporum in concilio tantum  
provinciali , vel à députatis per concilium  
provinciale cognosci debent, & terminari.  
Concil. Tridentin. in cap. 5. de reform. sess.  
24. sed quoniam non sine maxima reorum  
impensa Metropolitani , vel Episcopi ad  
processum conficiendum se transferre pos-  
sunt , pro minori dispendio , quandoque  
etiam simplicibus doctoribus ecclesiasti-  
cis pro sumendis informationibus , hujus-  
modi causæ delegantur.

<sup>12</sup> Tertium gradum † Ordinariorum te-  
nent Archiepiscopi, & Archiepiscopus est  
etiam iudex ordinatus omnium Episco-  
potum suarum Provinciarum, ita quod, si subdi-  
tus conveniat Episcopum, auctoritate or-  
dinaria coram Metropolitano ipsum con-  
venire potest. gloss. in cap. pastoralis. in ver.  
excepto, & ibi Abb. numer. 2. de offic. & in  
omnibus causis, quae per appellationem à  
diffinitiva ab Episcopis suffraganeis ad  
eisdem Archiepiscopos deferuntur, ut c.  
1. de offic. leg. & redarguuntur Metropoli-  
tani, qui non servata forma Conc. Trident.  
cap. 20. sess. 24. suis suffraganeis inhibent,  
ut per sacram Congregationem super eodem  
cap. 20. in decis. sub. tit. Calaguri an &  
quando appellatur in causis concernenti-  
bus executionem decretorum Concil.  
Trident. Metropolitani à cognitione cau-  
sarum abstinere debent, ut ibidem super  
eodem cap. 20. in decis. sub. tit. Palavon. Aqui-  
leien

13 Quartò Episcopi † habent ordinariam  
jurisdictionem in eorum dioecesi , c. con-  
querente, & ibi glos. In ver. jurisdictionem ,  
de offic. jud. ord. & habet Episcopus in ee-  
clesiis , & capellis suæ dioecesis , obedienti-  
am, subjectionem & reverentiam, institu-

tionem, & destitutio[n]em, correctionem,  
& reformatio[n]em, ac censoriarum ecclesia-  
sticarum promulgationem, d. cap. conque-  
rente, §. nos autem. Per obedientiam enim,  
quam praestare tenentur personæ ecclæ-  
siasticæ, & seculares in his quæ religio-  
nem, & animarum salutem concerne[n]t; ut  
in cap. quanquam, 23. dist. recognoscunt E-  
piscopum in judicem, Abb. in d. cap. con-  
querente, nu. 2. in princip. de offic. ord. Quæ  
autem sint jura Episcopalia Episcopo de-  
bita, bene deducit sigillatim distinguendo  
Abb. qui tredecim enumerat, ad quæ te-  
nen[tur] ecclesiæ dicæsis Episcopo, in eo-  
dem cap. conquerenti, num. 2. & plura po-  
test Episcopus ordinaria auctoritate, de  
quibus infra dicetur.

14. Primo † Episcopus ordinaria auctoritate synodum convocare potest, de qua supra part. 1. cap. 9. & quia habet jus reformati, cap. licet, & cap. irrefragabili, de off. ord. ad reformationem morum statuta facere potest, & addere juri communi, novam imponendo pœnam, c. 2. junct. gloss. in ver. statuto, de constit. in 6. gloss. in cap. ne Romani, in ver. tolli, & ibi Abb. numer. 2. de elect. & Felin. post plures alios per ipsum citatos in cap. quod super num. 9. de major. & obed. Prohibitus enim † statuere in aliqua materia propter defectum potestatis, potest in illa statuere, fortificando jus commune cum adjectione pœnæ, juxta d. gloss. in clement. nè Romani, in ver. tolli. quam Felin. dicit singularem, in c. 1. nu. 13. post medium, versic. & prohibitus, de spons. de me str.

16 Secundò t̄ potest habere familiam armatam, de qua eod. c. 9. & brachium seculare invocare, ut in cap. 1. de officiis ord. & ibi gloss. penult. & ult. quod iudex pra-